



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 171. Causa Archiepiscopi Genuensis a Synodo ad Papam devoluta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. cantibus Pælaturis residuos Ecclesiis at-
A.C. 1409. que Ecclesiasticis condonare velint.

§. CLXXI.

Causa Archiepiscopi Genuensis a Synodo ad Papam devoluta.

*Bzov. ad
hunc ann.
n. 15.*

Eadem Sessione Synodus causam Pilei Marini nobilis Genuensis, ejusdemque Civitatis Archiepiscopi summo Pontifici discutiendam detulit. Hic Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo secundo a Bonifacio IX Archiepiscopus Genuensis renuntiatus est: Attamen Benedicto XII Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto Genuam appulso cum toto suo Clero illius obedientiæ se devovit, cujus exemplum pariter Cardinalis de Flisco secutus fuerat. Nihilominus Marinus intellecta postmodum utriusque Pontificis Gregorii, & Benedicti collusione securitati suæ in Civitate Genuensi, utpote tum neutri Papæ adhærente, parum consultum iriveritus, sese in quandam solitudinem in Etruria sitam recepit, constituto Ecclesiæ suæ administratore. Inde verò ad Synodum delatus, sub titulo Archiepiscopi Genuensis cum ceteris subscriptus legitur. Hinc illum suæ Archiepiscopali Sedis redditum fuisse, credere fas est. Hac Sessione

Sessione finita Pontifex alteram Synodum Sæcul. XV.
 Oecumenicam ad Mensẽ Aprilem anni A.C. 1409.
 millesimi quadringentesimi duodecimi,
 vel in hac eadem, vel in alia ad id com-
 moda civitate anno proximo decernenda,
 celebrandam indixit. Sessio vero se-
 quens ad septimam Augusti diem proro-
 gata est.

§. CLXXII.

Sessio ultima. Synodus solvitur.

Sessio hæc Pisani Concilii fuit ultima.
 Cardinalis de Chalanto nomine Papæ
 perlegit decretum, quo cautum esset, ne
 ulla immobilia Romanæ, vel aliarum Ec-
 clesiarum bona nec per Papam, nec per
 alios Prælatos alienari, aut oppignorari
 possent, usque ad proxime indictum Con-
 cilium. Præterea sancitum, ut a Metro-
 politanis Provinciales congregarentur Sy-
 nodi, Religiosi sua celebrarent capitula
 juxta Constitutiones Honorii III & Bene-
 dicti XII, quibus Viri a summo Pontifice
 deputandi præesse deberent. Item, ad
 Reges & Principes mittendos esse nun-
 cios, qui hujus Pisanae Synodi acta per-
 ferrent, & exequenda curarent.

Tandem Pontifex omnibus tam huic
 Concilio præsentibus, quam eidem adhæ-
 suris, plenariam absolutionem a culpa &
 pœna